



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Epitome I. Alvarez De Paz In omnes libros De Vita Spirituali Eiusque Perfectione**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Antverpiæ, 1620**

Quod Religiosus perfectionis amator congressu parentum & propinquorum  
abstineat, & nimias familiaritates vitet. caput. 43.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49057](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49057)

imitatio pariet. Estote imitatores Dei, ait Paulus, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. *Ephe. 5.* Christus ergo caput nostrum est, vnde ab eo, ceu à capite omnes actiones nostræ virtutis influxum expectet, tunc autem expectant, cum per gratiam huius capitis operamur, & ei operum imitatione coniungimur. *Bern. ser. 1. in capite Ieronii.* Et felix membrum, vt Bernardus ait, quod huic adhæserit per omnia capiti, & sequetur illud quocunque ierit, quia sic sensum & vitam accipiet &c. Christus tandem creator noster est, qui sicut nos diuina sua virtute creauit, ita & suæ humanitatis imitatione reformat, & imaginem suam peccatis nostris fœdatam, ad gratiæ nitorem, & sanctitatis pulchritudinem reuocat. Quare, vt hunc nitorem adipiscamur, eum mens nostra contempletur, eum affectus complectatur, & ipsum actio & vita semper imitetur. Sic Christiformes efficiemur, & à Patre, vt filij charissimi diligemur, vt cum naturali filio nos in filios adoptati, per omnem aternitatem regnemus. Amen.

## CAPVT. XXXXIII.

*Quod religiosus perfectionis amator congressu parentum & propinquorum abstineat, & nimias familiaritates vitet.*

**I**Am igitur Christi imitatores in istud omnis virtutis exemplar oculos mentis intendant,



tendant, & hoc documentum quod sequitur, (& ad perfectam parentum & cognatorum derelictionem pertinet) non repugnet, sed libenter suscipient. Nam ipse Dominus, ut huius renunciationis formam religio-

*Luo. 2.* exhiberet, puer duodennis parentes reliquit, & in templo remansit, ut his, quæ a matris sui erant, dum interrogat, & audit legi-

*Matth. 12.* Doctores, insisteret. Cumque semel docerent in domo, matrem & cognatos prostantes, & ei loqui desiderantes, audisset

omni affectu sanguinis & carnis exutus, dixit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? digito monstratis discipulis, sub-

icit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror &

*Lauren.* mater est. Quare sic respondit noster Salvator

*Iustit.* Dominus Iesus: utique propter nos, ut contrarios ad Dominum tam non sollicitè car-

*tract. de obed.* ra parentum carnalium, & necessitudines illorum non impediant exercitium spirituale.

Gravis est, ait Ioannes Climacus, & omnino vitabilis ad propinquorum, vel etiam extraneorum aliquem immoderata affectio,

*Climac. gradu 3.* cum ea nos ad sæcularem sensum possit attrahere, ignemque compunctionis nostræ penitus extinguere. Sicut impossibile est

vno oculo in cælum, altero in terram adspicere,



cere, ita fieri non potest, ut in his anima non  
 periclitetur, qui corpore & cognatione ab  
 omnibus & propinquis, & extraneis non  
 se peregrinum fecerit. Si enim duos oculos  
 habentes, cælum vno, & terram altero simul  
 videre nequimus: quanto minus, si vnum  
 tantum oculum haberemus, eo eodem tem-  
 poris momento cælum & terram adspicere  
 valeremus. At vnus animus tantum est nobis  
 vnum cor, vna voluntas, vnus affectus, quo-  
 modo ergo possumus eo cælum terramque  
 complecti, & nos ipsos carne, & spiritu, Deo  
 (qui totos nos petit) & parentum ac propin-  
 quorum negotijs occupare? præsertim cum  
 iuxta dictum Isaïæ angustum sit stratum, ita  
 ut alter decidat, & pallium breue, quod duos  
 operire non possit, nemo quidem potest *Isa. 28.*  
 amicum, & inimicum sequi, & familiari &  
 hosti simul assentiri: vnde nec poterit Dei &  
 parentum ac propinquorum, non tam di-  
 uersa, verum & contraria, negotia tractare.  
 Christus quippe amicus noster est, qui cum  
 Dominus sit, personam etiam amici susce-  
 pit, cum protestatus est: *Vos autem dixi ami-*  
*cos:* parentes verò, & cognati, si nos ad  
 suas curas & sollicitudines pertrahant,  
 hostes sunt manifesti: quia inimici homi-  
 nis domestici eius. Non ergo possumus  
 Christi



Christi vestigia sequi, & propinquorum re-  
storum, quæ nos à Christo auellunt ne-  
gij & sollicitudinibus inhaerere. Si enim  
Christum, vt dixit Bernardus, inter cognatos  
suos, dilecta & desolata mater non inuenit,  
vtique nec nos in domo parentum, & cognato-  
rum non suorum, sed nostrorum neque-

*Pf. 44.* quam eum poterimus inuenire. *Audi filius  
vide*, inquit sanctus Dauid, sponsam Christi  
alloquens, & *inclina aurem tuam, & obliuiscere  
populum tuum & domum patris tui*. Vocauit Do-  
minus quendam, vt sequeretur se: & illi e-

*Math. 8.* centi: *permittite mihi primum ire, & sepelire patrem  
meum*: respondet qui illum ad se vocabat, sine  
vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem  
vade & annuncia regnum Dei. Alius vero  
non vocatus, disciplinæ eius seipsum ir-

*Luc. 9. 5.* gessit, dicens: *Se quaer te Domine, sed permittite  
mihi primum renunciare his que domi sunt*. Ad  
quem Dominus: nemo mittens manum  
suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est  
regno Dei. Reddat rationem Basilius, quare

*Basil. cost. mo- mast. c. 21* Dominus neutri eorum tam breuem erga  
parentem, & erga res suas occupationem  
permisit. At qui ait, quæ vterque rogabat  
rationi maxime consentanea esse videbatur  
ac iustissima: sed enim neutiquam ea Salu-  
tor probauit, neque vel ad punctum quidem  
temporis, se iugo ab illo cælestis regni alum-  
nos



nos permittit, ne sublimi illa & cælesti animi elatione, humilius aliquid vel agerent vel cogitarent, mente in rerum terrenarum fragiliumque cogitatione depressa & accliu: tanquam qui ad res cælestes animum aduxerunt, ijs neutiquam liceat eorum qui in terra sunt rationem vllam habere, vt qui iam ex ea animo emigrauerint, & mentis contemplatione altiores mundo sint effecti. Quod si nec minima occupatio sæcularis, volentibus Christum sectari, ab ipso Domino permittitur, quia aliquantulum à cælesti proposito retardabat, quanto minus illa negotia permitteret, quæ nonnulli religiosi non verentur suspicere? Quibus hic postremus gradus dimissionis parentum arripserit, optimè illud Deuteronomij competit: *Qui* <sup>Deut. 32.</sup> *dixit Patri suo & matri suæ, nescio vos, et fratribus suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam, ô Israel.* Nam hi non vtcumque, sed perfectissime illud Domini eloquium pactumque custodiunt, quo dictum est illis vt parentes, fratres, propinquosque dimittant, si volunt ad perfectam religiosæ vitæ disciplinam venire. Imo & perfecte custodientes hoc pactum, in hoc quod carnem & sanguinem nesciunt, mirifice ad Dei scientiam & contemplationem



Gregor.  
7. mor.  
cap. 14.

templationem se disponunt. Ut enim dicitur  
Gregorius: Ille scire Dominum familiariter  
appetit, qui prae amore pietatis nescire de-  
derat, quos carnaliter sciuit. Graui enim  
damno scientia diuina minuitur, si cum car-  
nis notitia partitur. &c. Omnes quidem tam  
religiosi quam saeculares amandi sunt, proximi  
enim sunt quos charitas suo gremio com-  
plectitur, sed nemo immoderato ac nimio  
amore diligendus. Nullus quantumuis fan-  
ctus ad nimiam familiaritatem admittendus,  
nisi forte consulto velimus diuinam fami-  
liaritatem amittere, & in ingentes menti  
distentiones, & in magna vitia prolabi. Per-  
fectus amor Dei omnem alienum amorem  
reijcit, & vera cum Deo orationis familiaritas  
omnem ineptam cum hominibus fami-  
liaritatem excludit: quod si haec quisque com-  
plectatur, nec perfectus in eo Dei amor, nec  
intima orationis familiaritas est &c. Ista ni-  
mia familiaritates & immoderatae amicitiae  
primùm cor viri spiritualis amore creaturae  
inficiunt, & cogitationibus inutilibus, & va-  
nis desiderijs contaminant. Amor enim  
creaturae alicuius, qui ordinatus non est, nec  
Dei causa à nobis assumptus, non dubium  
quin cœnum ac lutum foetidum sit, dum men-  
tem à Deo aliquantulum auocat, & in vilissi-  
mam creaturam immoderatus inclinat. &c.